dño nr̃o cui ē & potestas & imperium in saecula saeculorũ amen.

EXPLICIT OMEL. V. INCIPIT OMEL. VI. DE PASCHA QUOD
FECERUNT FILII ISRAHEL IN GALGALA ET QUOMODO
FRUCTUS TERRE ACCIPERUNT

Hii qui inoboedienter erant mandatis dñi incircumcisi dicuntur.
ex quo intellegitur illos appellari incircumcisos qui non obaudie-
runt mandatis dñi; sed & incircumcisos qm̃ omnem animã diligit
dr̃ non penitus derelinquid. Dicit enim ihm qui omnes simul dig-
nos circumciderat & indignos. Non filium naue ihm qui non
uera & pfecta circumcisione ille populum circumcidit. sed ihm
nr̃m dñm saluatorem. Hic enim ē qui uerã a nobis pollutionẽ carnis
abscidit. & a corde atq; anima nr̃a peccatorũ inquinamenta
purgauit. Deniq; audi quid dicit scriptura. In his quae p ihm naue
filium praefigurabantur. Circumcisi autem filii israhel requi
euerunt in eodem loco sedentes in castris usq; dum sanarentur.
& tunc dixit dñs ad ihm: hodierna die abstuli a uobis obprobriũ
aegyptiorum. Non enim sufficit nobis circumcidi. sed post circũ
cisionẽ sanari. id est usquequo & iam cicatricem ipsam circum
cisionis uulnus obducat. Quando enim cicatrix in uulnere cir
cumcisionis nr̃ae obducitur. ego arbitror q̃d circũcidi p ihm
hoc ē uitiis carere, malas consuetudines & pessima instituta depo
nere. foedos & inconditos mores. & quidquid ab honestatis &
pietatis regula habundat abscidere. sed cum hoc in initiis facimus ipsa
nouitatis quodam modo difficultate constringimur. & quasi cum la
bore quodam & dolore animi. ueteris consuetudines culpas nouella
institutione mutamus. & ideo ut dixi quaetam putare possumus pri
ma & secunda suscipere. hoc ergo mihi uidetur tempus esse quo ue
lud in dolore circumcisionis nr̃ae dicimur residere. usquequo ob
ducta cicatrice sanemur. obducimus autem cicatricem. cũ iam noua

h͞t quadã difficultas est in initiis exuere

© Bodleian Libraries
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/bodleian_mslaudmisc97/0038